AESCHINIS RHETORIS

EPISTOLAE

VT CIRCVMFERVNTVR DVODECIM

QVAS

E RECENSIONE IO. TAYLORI ANGLI,

CVM

EIVSDEM ET WOLFII, MARKLANDI, GVILLONII,

TOVPII, IO. IAC. REISKII,

ET SVIS QVALIBVSCVNQVE NOTVLIS,

E

PRIMA ALDI MANVTII

VENETIIS 1499 IMPRESSA

EDITIONE

CONTINVA TAMEN VARIA LECTIONE CODICVM

INPRIMIS HELMSTADIENSIS, ADIECTA

EDIDIT

IOHANN SAMVEL SAMMET

ACCESSIT

APPENDICIS INSTAR VNA QVAE SVPEREST

AESCHINIS SOCRATICI EPISTOLA.

LIPSIAE

SVMTV E. B. SVICQVERTI, M DCC LXXI.

VIRIS,

MAGNIFICO AC SVMME VENERABILI

IO. AVG. ERNESTI

S.S. THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL. ORD.

ET

MAXIM. REVER. ATQVE CLARISS.

CHR. WILH. THALEMANNO

S.S. THEOL. LIC. ET AD AED. D. NIC. DIAC.

NEC NON

EXCELL. CLARIS. AMPLISSIMOQVE

AVG. WILH. ERNESTI

RHETORICES P. P. O.

SVMMIS PATRONIS ATQVE

FAVTORIBVS

S. S.

Vobis Viri, quilibet ordine graduque ſuo, *venerandi atque honore proſequendi*, *Vobis* inquam, in hac Academia Lipſienſi me pleraque referre accepta, nunquam animo excidet. Benigniſſime liberaliſſimeque hominem fortunis plane deſtitutum excepiſtis, partim ſcholis, tectis partim, partim denique colloquiis eruditis conſiliisque ſemper datis ſaluberrimis. Et, vtinam tunc neque matri, neque amico pariter ac praeceptori aeque beneuolo ideoque maxime ſuſpiciendo, immo nec ipſi nimii quid indulſiſſem valetudini abiturus, res meae forſitan integriores manſiſſent. Nunc *Veſtram* rurſus beniuolentiam ſatis ſuperque expertus, non poſſum gratias quas quidem queo maximas, *Vobis* vero omni iure debitas, animo non habere gratiſſimo. Proſequutos me beneficiis immortalibus, aeternis ſi quid in me eſt, gratiarum actionibus iterum atque iterum proſequar. Cui autem ſponſioni vt ſit pignus quoddam, accipite qualecunque hoc in

manibus veſtris opuſculum, nullius quidem ſi *Nominum Veſtrorum dignitati* comparetur, pretii, accipite tamen fronte hilari ſic, vt ſuorum oblata ſibi olim munuſcula, etiamſi tantum aquatica, Perſarum reges accipere ſunt viſi. Ceterum D T. O. M. *Vos Veſtrosque* ſalute beet proſperrima, *Perſonas veſtras* patriae, *Veſtrae* pariter ac meae, ſoſpitet, valetudini proſpiciat optimae, et denique fortunet omnia *Veſtrum*.

Nemo ſit qui haec *Vobis* magis, maiorique ſtudio ac animi contentione cupiat atque exoptet quam

Summorum Nominum Veſtrorum

Scrib. Lipſ.
a. d. XIX Cal. Septembr.
CIↃ IↃ CCLXXI.

Cultor obſeruantiſſimus
Iohann Samuel Sammet,
S. Var.

PRAE-

PRAEFATIO.

LECTORI AEQVO ET FACILI

S. P.

Cogitanti quid loquendum denique aut faciendum ſit, ſec. prouerbium, vt qualemcunque hominem, Viri in me longe beneficentiſſimi et liberalisſimi viderent, incidit in manus tandem *Libellus epiſtolarum Aeſchinis*, Rhetoris olim Athenienſium maxime famoſi et clari. quas cum neſcirem frequenter ſeorſum occurrere, notulis iisque philologicis inſtruere et aliquando edere, haud ita pridem conatus ſum. Etenim animi affectio inde a longo tempore me magis ad *Humaniora* quae dicunt, quam munus concionatorium commouit. Nactus potisſimum in ſchola Gerauienſi occaſionem hiſtoriae literariae, idque beneficio Cl. Prof. Zeibichii paullulum deguſtandae; eius quoque magis magisque excolendae, quoad Lipſiae licuit, Magnifico ac ſumme Venerabili *Erneſtio* inprimis duce atque auctore, dedi reliquum e Theologiae ſtudio temporis, etſi in comparandis libellis ſemper domi res eſſet anguſta. Auſpicatus igitur excogitati rationem, ſtatim quibus labor eiusmodi adminiculis indigeret, quibusque equidem, in angulo quaſi orbis literati abiectus et commercio literario per triennium et quod excurrit, paene excluſus, omnino carerem ſatis perſpicere videbar. Nihilo tamen ſecius non deſperaui, praeſertim

cum illud πολυθρύλλητον: *nunquam male nunquam bene*, inter laborandum saepe numero mente versaretur. Sed satis.

Dicam potius quae hic iam praestita sint, quae minus.

Codex MSC. ea in qua vixi terra, reperiri non poterat, et quamquam *Montefalconius* mihi in Palaeographia L. I. p. 84. codicis manuscripti bombycini (in Biblioth. regia Paris. asseruati nro. 2751, quo continentur Demosthenis, *Aeschinis*, Aristotelisque opera, sine anni tamen nota, nisi quod forte Antonius Mediolanensis eum scripsit, clarus circa 1480.) notitiam dabat, id tamen cassa nuce vtilius non erat. Spes interea, fore vt olim tempus aut locus necessaria huic specimini suppeditet, in dies accreuit. quae spes me quoque non fefellit. Nam simulatque Lipsiam denuo reuersus, adirem, ceteris profectis, *Cl. D. Reiskium*, humanissime is non modo me accepit, quod hoc loco publice fateor, sed et quod maximum erat, exemplum editionis suae recentissimae vsque ad huc, praebuit, ex quo possem, aperto *ipsi* consilio, transferre illarum Aeschinis epistolarum variam lectionem e codicibus a *se* et *Tayloro* erutam, simulque quod alii Viri docti in eas collegerint, cum industria mea, si qua est, coniungere. Et haec hic dicere vnaque gratias illi Viro maximas agere debui. His ita compatis, institutum in prioribus epistolis paullo plus iusto superuaganeum esse videbitur, quod tamen in reliquis non ita deprehendetur.

Quod ad textum, Rostochiensem Cl. *Io. Caselii* de anno 1578. 8, non recepi, quippe qui plenus

plenus esset σφαλμάτων, neque in proëmio indicatum vndenam sit, etsi eum in Italia sibi comparatum seu descriptum persuasum habeo; in Italia autem aliquot temporis commoratum Caselium, testantur literae *Paulli Manutii* ad eum et eius ad illum datae. Verum *Aldinae potius editioni, eidemque 1499 Venetiis impressae adhaesi* κατὰ πόδα, quatenus quidem pro viribus eam cum Caseliana mea conferre licuit. Id idem cum *Louaniensi* de anno 1536. 8 feci. Quo efficitur vt Lector beneuolus in his certe Aeschinis epistolis, redditum sibi et restitutum Aldum, exceptis erroribus aliquot manifesto typographicis, et accentiunculis aliter positis, habeat ante oculos. Cl. *D. Reiskius* vero non eandem Aldi contulit, sed eam de anno 1513, quam cum Stephani collatam exhibere quidem promisit, sed postquam tam multa partim *è codicibus* A. B. et Helmstadiensi, partim *de suo* in textum recepit, nemo, vt quidem opinor, hic textum sibi repertum *Aldi* aut etiam *Stephani* purum, profitebitur.

Supposititias esse has epistolas, satis sit è praefatione Cl. Taylori percipere cuilibet, quam ideo hic recudendam curaui. Cl. D. Reiskius, quem hanc quoque ob rationem conueniebam, ita de hac re e forma loquendi auctoris disseruit, vt mox et eum Tayloro adstipulari, animaduerterem; quod quidem etiam in notis clarius ostendit, nulla scilicet occasione auctorem carpendi non arrepta, quod haud scio an merito factum. Eadem quoque Marklandum et Guillonium, vtrum et Wolfium non satis liquet, sen-

fiſſe, lector modice tantum doctus ex eorum ſtatim annotationibus hic inſertis, perſpiciet.

Quoniam vero porro nonullorum in tironibus intereſt, editiones et MSC. librorum paullo diligentius pernoſcere: in horum gratiam pauca huc pertinentia ſcituque neceſſaria *de editionibus et codicibus harum epiſtolarum* excerpam.

1. In dedicatione Cl. *Reiskii* ad *Gotth. Eph. Leſſingium* pag. XIV. nominantur *Taylori* codices: *Lockeranus* alter, bonae quidem notae, exſpirans tamen ante finem orationis I. alter *Harleyanus* isque probabilis, non autem habens orationem primam. Sequitur codex *Helmſtadienſis*, cuius conferendi copiam Cl. Reiskio fecit dictus modo Cl. Lesſing. Conſentit ille codex in bonis lectionibus non modo Taylorianis, ſed iis etiam *praeſtat*, immo vero *regnat in Aeſchinis* codicibus. (perinde, ac in *Demoſthenis* Auguſtanus, quem patrocinio beati Bruckeri ſibi miſſum, Cl. Reiskius in editione ſua contulit.) Continet vero is Helmſt. *Aeſchinis* omnia genuina pariter atque ſuppoſititia, perſpicuis et pulcris ad adſpectum planisque ad legendum literarum ductibus exaratus, candidis in membranis quaſi modo e manu exiiſſet calligraphi, ſcriptus. ea porro ſcripturae conſtantia, vt vno paene die abſolutus eſſe videatur. Non ipſe quidem vetuſtisſimus, verum ex eiusmodi ſumptus, eiusque auctor Georgius Chryſoccocas eſſe deprehenditur. Plura de hoc p. 772, e quibus pauca tantum curioſitatis cauſſa. In calce operis ſe ipſe nominat calligraphus, hoc pari iamborum politicorum:

Γεώρ-

Γεώργιος γέγραφεν ὁ Χρυσοκκόκης
Ἀυρίσπα τήνδε βίβλον τῷ Ιωάννῃ.

Aurispam cum conſtet ſeculo medio xv vixiſſe, conſtat item ex hoc *Georg. Chryſoccocam* qui hunc noſtr. cod. exarauit, cum illo nobili mathematico, qui ſeculo fere antiquior eſt, non eſſe permiſcendum. De duobus his Georgiis Chryſoccocis vid. *Leo Allatius* in diatribe de Georgiis pag. 695. edit. Fabricii in B. G. Tomo X. De Auriſpa vero P. Baylii Dictionar. ſ. h. v. Habentur autem in hoc codice Aeſchinis ſcripta ſeq ordine: 1) *Vita* Aeſchinis et *argumenta* trium orationum continuo ſcripta, tum 2) *Orationes* ipſae ordine vulgari ſeruato. 3) *Epiſtolae Aeſchinis* et 4) *Epiſtolae Iſocratis* non ſolum cognitae, ſed illa quoque quam ad Archidamum regem Spartanum datam, primus Dauid Hoeſchel. in notis ad Photii Bibliothecam edidit, quamque nouisſimus Iſocratis editor *Batterius* (Battier) aut ignorauit aut conſulto, male vero, omiſit. Etenim *Io. Dav. Kochler* cet. eam Vitebergae edidit cet. Sequuntur 5) *Epiſtolae Socraticae* à Leone Allatio editae. (Nimirum Pariſiis 1637. 4. quod corpus cum in ſelectiſſima libellorum penu Cl D. *Io. Godofr. Sammeti*, Icti cuilibet notiſſimi, doctiſſimi et amiciſſimi conſanguinei, reperiſſem, exſcripſi epiſt. Aeſchinis Socratici vnam.) Agmen denique claudit 6) libellus *Dionyſii Halicarn. Vita Lyſiae* inſcriptus.

Tantum de cod. MSC. Helmſtadienſi, cuius aeri inciſum ſpecimen dat Cl. *Reiskius* pag. 380. ſeptem linearum. Pauca nunc quoque poſt *Hier.*

Hier. Wolfium, *Fabricium* in B. Gr. et *Taylorum* reſtant de hoc Aeſchine noſtro dicenda. Quod vero eius laudes et vitia attinet, copioſe et ſubtiliter de iis retulit M. *Chr. Fr. Mathaei* in libello academico quem etiam Cl. D. *Reiskius* Vol. II. editionis Aeſchineae recudi iuſſit, ego vero non vidi; ſine dubio ille locum *Aeliani* de Aeſchine V. H. L. VIII. cap. 12. et *A. Gellii* Noct. Atticc. XVIII, 3. inprimis laudauit. Editionem Aeſchinis primam Aldi Man. Venetiis 1513. Voluminibus II impreſſam, et in corpore Oratorum Graecc. quos vulgo minores appellant, reperiundam, ita intelligo, vt is Aldus anno iam memorato, omnia denique Aeſchinis opera ſimul ediderit, eiusque haec editio eatenus prima ſit appellanda, non vero quatenus epiſtolas, quas ſupra iam anno 1499. Venet. excuſas eſſe, diximus, ipſique *Taylorus* et *Reiskius* ſcribunt. Quo facto, beniuolus lector in notis ſaepe a me Aldinam I laudatam reperiens, ſciat eam putari de ao. 1499 pure graecam, vtpote in illuſtri Bibliotheca Senatoria huius vrbis inueni et contuli. et vidi poſtmodum, has Aldi editiones ſibi non ſemper inuicem reſpondere, quoad fides eſſet penes Cl. *Reiskium*, cuius rei vnum ſufficiat modo exemplum, puta in epiſtola XI, haud procul ab initio — γράφονταί τινες ἀπόντα με δίκην ἢ πρόδος. hic Cl. *Reiskius: Vulgati addunt poſt* με *vocem* δίκην, *Aldinae vero et* τῷ *B deeſt.* At ibi annotaui Aldi primam τὸ δίκην legere. Sunt id genus quoque plura. Ceterum codex ille e quo Aldus textum 1513 hauſit (an etiam 1499, non patet), in monte Atho, à Con-

Conſtantio Laſcare repertus, et illinc *Florentiam* perlatus eſt, *vbi* etiamnum *in* Magni Ducis *Gaza aſſeruatur.* Sunt huius porro editionis duo exemplaria, vnum in Bibliotheca *Lipſ. Paullina*, alterum in Bibliotheca *Ienenſi.*

Corpus Aldinum recudit *Henr. Stephanus* 1575 magna cum induſtria. Conſtat praecipue, eum ad manus tunc habuiſſe *codicem* quem Taylorus *Coislinianum* appellauit, *et vnum atque alterum* eorum, quos idem Taylor eſſe *regios* perhibet, ad huc in Bibl. Regia Pariſ. aſſeruatos, *nec non tandem* ſchedas *Henr. Stringeri*, Icti Heidelb. natione Scoti, quique ius vulgauit orientale. Triennio ante *Wolfius* quoque *Aeſchinem* vna cum Demoſthene Baſil. 1572 fol. edidit, a Stephano non ſemel immerito, (ut fit) correptus. Aldinas etiam *Frobenius* recudit, opera Grynaei et Oporini. *Taylorus, qui in editione ſua Wolfii textum, ac ne hunc quidem* (iterum vt fit) curate reddit, merito hoc nomine carpitur à Cl. D. *Reiskio* in praefat. p. XXIX. ſeqq. quae legenda ſunt.

Sequitur editio nouiſſima eiusd. Cl. D. Scholaeque Sti Nicolai Rectoris *Io. Iac. Reiskii*, Viri ſupra laude mea et aliorum multorum. Hic in Volum. III Oratorum graecorum, Aeſchinis omnia complectente, reddere promiſit textum editionis Aldinae, Bibl. Paullin. Lipſ. aſſeruatae, aut Stephani (vid. praef. p. XXVIII ſq.). Dedit nempe operis experimendum Taylori exemplum, quod quidem è vitioſo Wolfiani recantatum, ſed à ſe prius diligenter ad exemplum Stephani correctum eſt. Vxor eius dulciſſima doctiſſimaque ſem-

ſemper, tempore correctionis, praelegit exemplum Stephani, ne ſibi vlla à Wolfio factarum diſceſſionum ab exemplo Aldino, poſſet imponere. Cum vero vnum Volumen ad omnia, in Aeſchinem praeſtita, comprehendenda non ſufficeret, diſpertita ſunt in duo, in quorum quolibet quae contineantur, non ad me nunc pertinet. Epiſtolae tamen volumine inſunt priori, variae autem lectiones ſparſae, praecipue tamen in poſteriori ſunt. De iis autem variis Lectt. p. 771 loquitur Cl. R. in hanc ſententiam: Peruenit ad me in ſchedis Taylorianis Volumen quoque epiſtolarum Aeſchinis prout à Tayloro ſunt editae, chartis item diſtinctum, quibus Taylor inſcripſit varietates lectionis è duobus codicibus enotatas, quos codices ipſi placuit literis A et B deſignare, nulla addita nota, cuiates illi eſſent. Videtur A *Askewianus* eſſe, non Mſptus, ſed Aldina notis viri docti perſperſa. De cod. B. nihil in praeſens reperire contigit.

Omnia haec eum in finem collegi, quod verebar vt editio haec Lipſienſis, ob pretium quo conſtat, in iuuenum diſcipulorum manus multorum veniret. Ignoſcat ergo lector facilis ambagibus verborum. Ex his cuique manifeſta erit opella mea, in quam, ſi vacat, indicem quoque faciam, eandemque ſenſim paullatimque expoliendo atque limando olim praeſtantiorem reddam. Accipias nunc has ſaltem lucubrationum primitias, maturiorem autem frugem exſpectes, maxime autem ſi quid admiſſum et peccatum animaduerteris ignoſcas velim. Vale, et ſi quid in te eſt aequitatis et comitatis, faue. Scr. Lipſiae a. d. XVIII Cal. Sept. A. R. S. CIↃIↃCCLXXI.

ΙΕΡΩ-

ΙΕΡΩΝΥΜΟΥ ΒΟΛΦΙΟΥ ΕΙΣ ΤΑΣ ΑΙΣΧΙΝΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΣ, ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ὅτι Αἰσχίνης, μὴ ἑλὼν Κτησιφῶντα, μᾶλλον δὲ Δημοσθένην, ὃ κατηγορει, μηδὲ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων μεταλαβὼν, τὴν ἀτιμίαν οὐ φέρων, τὰς μὲν Ἀθήνας ἀπέλιπεν, εἰς δὲ Ῥόδον μετῴκησεν, παντί που γνώριμον. ἐκεῖ τοίνυν ταυτασὶ τὰς ἐπιςολὰς χεδὸν ἁπάσας γράψας, πῆ μὲν τοῖς φίλοις τάς τε ἀποδημίας, καὶ τἄλλα τὰ καθ' αὑτὸν ἐδήλωσε· πῆ δὲ τὴν τῶν ἐχθρῶν ἐπιχαιρεκακίαν ἠμύνατο· πῆ δὲ τοῖς Ἀθηναίοις ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ὡς μηδὲν ἐξαμαρτόντος, ἀπολογούμενος, καὶ συμβουλεύων γνασιμαχεῖν, καθόδου τυχεῖν ἐφίεται.

PRAE-

PRAEFATIO
V. C. TAYLORI.

Habes mi Lector epiſtolas Aeſchinis, iure optimo ſubiunctas illi controuerſiae quae exilium comparauit auctori, atque his literis originem praebuit et argumentum. Quo etiam factum eſt, vt totum quod ſcripſit Aeſchines atque aetatem tulit, in vno hoc volumine concluderetur.

Has epiſtolas primus typis ſuis graece deſcripſit *Aldus*, Venetiis anno 1499. 4. vna cum multorum aliorum (ſcil. *Baſilii* M. *Libanii* Rhet. *Chionis* Platonici, *Iſocratis*, *Phalaridis* tyranni, *Bruti* Rom. *Apollonii* Tyanenſis, *Iuliani* Apoſt. S - - t.) epiſtolis. Recudebantur deinde ſaepenumero, ſcil. *Louanii* in officina Rutgeri Reſcii anno 1536. 8. deinde *Pariſiis* per Wechelum anno . . . atque alibi ſaepiuſcule, (ſc. Roſtochii 1578. 8. per *Io. Caſelium*, quam vitioſam ipſe posſideo editionem. S - - t.) Primus eas latinas fecit *Petrus Nannius* Almarianus, poſt eum *Renatus Guillonius* Vindocinenſis. Quorum hic notulas quasdam aſpergebat, non quidem ineruditas, neque tamen ſatis dignas vt prelo iterum à me committerentur. Lector enim meus inſpectis ſemel iis quas excerpſi, (vtilioribus ſane et melioris notae) non aegre feret, ſe cariturum iis quas praetermiſi. Sunt tamen praeterea et aliae interpretationes praeter Wolfianam: ſed quarum pleraeque mihi nomine tantum innotuerunt. veluti ea, quam concinnauit *Iohannes Caſelius* Roſtochienſis. Alia porro ſcriptoris locique incerti:

certi:

certi: vt omittam eam quam *Aretinus* dedit; vnius ſolummodo epiſtolae, in bibliothecarum latebris vt credo, deliteſcentem, nec quod ſciam typis publice expreſſam. His addam XIIam ep: latinitate donatam ab anonymo et vulgatam à Ven. *Hirron. Scotò* 1545 vna cum *Aeſchinis* orationibus et *Demoſthenis* quibusdam.

Harum in recenſione adiutus ſum Cod. MSto bono ſane licet non admodum vetuſto, quem poſſidebat olim *Richardus Mead*, nunc autem *Anton Askew* M. DD. vterque literarum laude nobilitatus. Eius praeſtantiam vtilitatemque aliquoties deprehendet lector in notis quae ſequuntur.

Lectae ſunt epiſtolae *Aeſchinis* a *Photio*, qui in cod. LXI eas honeſtiſſimo hoc praeconio ornauit: *Τρεῖς μόνȣς αὐτȣ̃ φασι γνησίȣς εἶναι (λόγȣς) καὶ θ´ ἐπιςολάς.* Διὸ τȣ̀ς μὲν λόγȣς αὐτȣ̃ τινὲς χάριτας ὠνόμαζον, διά τε τὸ χαρίεν τȣ̃ λόγȣ, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν Χαρίτων. Μȣ́σας δὲ τὰς ἐπιςολὰς, διὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐννέα Μȣσῶν. De numero harum epiſtolarum *Photius* quoque perhibet teſtimonium idem in cod. CCLXIV. Hodie habemus *triada* quidem orationum, epiſtolas vero *duodenas*.

Quaenam ſint igitur abiudicandae ſi quaeras, ſiue tanto auctore indignae, ſiue nota aliqua inuſtae quae nouitatem arguere poſſit —; hoc ex me inquam ſi quaeras, aio praedico confirmo et pronuncio: *Omnes XII proſcribendas protinus et eliminandas eſſe.*

Probe ſcio rem eſſe omnium difficillimam, diſputare de his fallaciis, quae ab aliorum aut fraude aut nimio otio profectae, aetati noſtrae

obtruduntur. Noui quam lubrico in loco versetur ille, qui id elaborat, vt alium de genere orationis, de charactere dicendi, de verborum sententiarumque luminibus, ea persentiscere adducat, quae ipse secum experiatur. Sibi licet non solum persuadeat, verum etiam medullitus concipiat, penitusque et totus ad eum sensum sententiamque componatur. Non quod, cum de stilo auctoris, de scribendi meditandique genere, de sententiarum pondere et grauitate, de colore orationis, ceterisque id genus disputes, leuissimam eam confirmandi rationem esse crediderim, aut potius non in ea vim inesse maximam: Verum cum de iis in publicum differas, ea disputatio auditores postulat (id quod non semper fieri solet) eodem literarum genere excultos, ad istiusmodi studia et crisin, auribus sensu et iudicio conformatos, vsu denique exercitatos, atque eo demum ocio abundantes, quo ipse frueris, qui istos auctores à teneris vnguiculis edidicisti, atque in iis quasi expendendis fuisses innutritus.

Quanquam istius generis multa fortasse afferri potuissent, atque iure contenderem, me ingenium *Aeschinis* et sonitum, vim et vehementiam, hic in ipso *Aeschine* desiderare: veruntamen *populari* potius *oratione* agere maluerim, atque iis argumentis vti (neque sane iis destituor) quae nemo profiteatur aut reclamet, se sentire non posse.

Nemo hodie in re literaria reliquus est, qui *Demosthenis epistolas* confictas atque isti nomini temere assutas esse non crediderit: adeo nunquam de ea re vel minima exstiterit dubitatio. Eas

ta-

tamen tam presso pede sequitur homo noster, vt planum lecturo fieri possit, has certe exaratas nunquam fuisse, ni illae antea exstitissent. V. gr. quae ille *Pseudo-Demosthenes* de Lycurgi liberis conscripsit, hic *Pseudo-Aeschines* excipit, citat, atque eo argumento cum ciuibus suis in postrema epistola agit. Theramenem ille, Melanopum hic excitauit obtrectatores qui similem ludum luderent, atque vtrumque exsulem et absentem, conuiciis domi lacerarent. Adeo *Pecu* illud scriptorum semper fuit μιμητικόν. neque ex isto grege quisquam vnquam exortus fuerit, quin sciret quid sit illud quod dicitur feliciter et solerter excogitare. *Simulatus* igitur *Aeschines*, licet ingenio, sermonis elegantia et nitore orationis longe superet infelicem illum Simium qui Demosthenem imitari voluit, (et mediocrem sane scriptorem necesse est eum fuisse, qui illum non exsuperet) eo tamen aetate sit posterior necesse est, quem saepe numero exscribit, et ad quem alludit, cuius denique testimonio atque arte vtitur saepissime.

In epistola vltima pag. 747 (edit. Tayl.) dicitur Aeschines secum matrem grandaeuam in exilium duxisse, sc. quae annum iam agebat 73. Bene est. Aeschines ipse ea erat aetate cum hae res geri atque hae epistolae exarari putantur. De aetate Aeschinis plura in eius vita. Adhuc tamen de matre. Si quis enim calculum meum aliorumque de Aeschinis natalibus non admittere velit, audiat tamen *Aeschinem* in epistolis, eidem *Aeschini* in orationibus aduersantem. Mater Aeschinis Olymp. CXIV annum agebat 73 (epist. XII p. 747 edit T.) Nam ea tempestate hae li-

terae erant consignatae, mortuo nempe Alexandro. Attamen mater Aeschinis Olymp. XCIII, oppressa a XXX Viris, vrbe vna cum marito Corinthum aufugit (orat. π. Παραπρεσβ. p. 292 ed laudat.). Ab exeunte Olympiade XCIII ad ineuntem CXIV anni sunt LXXX, quibus si adieceris XX nubilem nempe aetatem, non nisi centesimum annum agere poterat ea mulier ipsius Aeschinis calculo, quae ab epistolarum scriptore annos nata esse dicitur solummodo *septuaginta* et quod excurrit.

Post matrem sequitur disputatio de liberis. Nam et hic quoque infelix ille sorex suo se indicio prodidit. Ait scriptor (in ead. XII ep.) se τρεῖς paruulos liberos secum quoque abduxisse, qui per aetatem, grande illud infortunium exsilii, sentire non poterant Argumentum sane aptum ad animos eorum commouendos ad quos scribit, sed quo ipse *Aeschines* vti non potuit. Eos vtique liberos, duos scil. filios et gnatam vnicam produxit in caussa Παραπρεσβείας (vid. p. 294 et 303 ed. T.). Id erat interuallum viginti ad minimum annorum. Quid? duos filios, qui iam diutius ex ephebis excesserant, tam plane nihil persentiscere potuisse? Quid? virginemne tam grandem neminem meminisse Athenis relictum, quocum aetatis quod reliquum erat lubenter transigeret? Atqui isti liberi non tum solum nati erant, cum ea caussa perorabatur, anno scil. Olymp. CIX, 2. verum cum eae res gestae erant, quas insimulabatur in ea contentione cum Philippo contra patriam agitasse: Ἐρῶ· ὦ γάρ, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ δοκῶ ἂν ὑμῖν — τούτους τοὺς πάντων ἀνθρώπων ἐμοὶ φιλτάτους

τάτους προδοῦναι Φιλίππῳ; ſcil. hos liberos, quos iam produxerat p. 294. Neceſſe eſt igitur, vt eam cauſſam aetate aliquantulum anteirent.

In epiſtola IV homini Athenienſi et condiſcipulo ſuo quaſi id neſcienti exponere aggreditur, quis et qualis fuerit ὁ θρυλλούμενος *Pindarus*. An id graeco, neque vt videtur inerudito, ignotum eſſe potuit? Quonam vero modo id exponit? *Memineris*, ait ille, *te de iſto poëta, ſub plagoſo Orbilio, qui noſtram ſimul pueritiam rexerat, aliquid inaudiuiſſe: aut ſi id te fugerit, memineris ſaltem Melanippum, rabulam et declamatorem, inſigne iſtud ῥῆμα et verſiculum* Pindari *de laudibus Athenarum, ſaepe numero in concionibus iactare eſſe ſolitum.* Sic notus Vlyſſes! Non potuit putidius aliquid aut σοφιστικώτερον excogitari.

Ecce vero ingenii morumque ſophiſticorum perilluſtre monumentum! Norunt omnes, gentem iſtam praeter ceteros, ſemper fuiſſe in re aliena profuſam, in ſua parcam, ſordidam et illiberalem. Et ego eo vel vnico argumento innixus, quouis pignore contenderem, ab vmbratili illa, quam dico, ſchola, haec omnia eſſe profecta, atque ab iis magiſtris, qui τὴν Θόλον vt dicitur, ſolent προσκυνεῖν. Hoſpes quidam Rhodius, vt legimus ep. V, Aeſchini noſtro tantam frumenti vim, liberaliſſimo quidem animo, miſit dono, quantam populo Cothocidarum vniuerſo, (i. e. δημόταις ſuis qui erant Athenis,) ſufficere potuiſſe exiſtimaret. Hic ille eſt, quem vero dicere poſſis *frui Diis iratis*,

vt loquitur poeta. Quid ille praeterea, cum *sua* liberalitas erat exprimenda? Nempe Rhodo Athenas, itinere non admodum exiguo, scriblitas quasdam et placentas, quarum comestura se magnopere delectari profitetur, munus diobolare fere et contemnendum, ad amicum mittit. Haeccine ille, qui conferri cum Demosthene, et cum eo congredi potuit? Hoc annon potius barbatuli alicuius declamatoris fuisse existimes, quam illius, qui fulminibus *demosthenicis* αντοφθαλμεῖν et poterat et soleret?

Haec delibanda esse iudicaui: cetera exsequor ad ipsa loca, in quibus istius modi nugae meracissimae occurrunt.

ΕΠΙΣΤΟ-

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΑΙΣΧΙΝΟΥ
ΤΟΥ ΡΗΤΟΡΟΣ.

I. ΦΙΛΟΚΡΑΤΕΙ.[1]

Λύσαντες ἐκ Μυνυχίας[2] ἑσπέρας λαμπρῷ[3] σφόδρα Σκί-

---

1 Epiſtola haec prima ſatis eſt luculenta. nam et verborum conſtructione ſatis ornatur, et eſt vbi grauitate ſententiarum, ad *Aeſchinis* felicitatem ſubinde propemodum aſſurgit. Illud temperare nequiui, quin lectori ob oculos ponerem: nempe ſcriptorem, quicunque fuerit, dum haec excudit, *Aeſchinem* cum *Ap. Paullo* conferre, atque vti iisdem mari, et paene fortuna nauigare voluiſſe, ita eodem fere orationis genere iſtam rem conſignaſſe. Immo dictio tota cum N. T. locutione vbique conuenit, ſi conferre et trutinare velis; adeo ut, cum vulgo hic (in ſqq.) legatur σκαιὸς γὰρ ἦν ὁ ἄνεμος, in MSC. noſtro eodem animo, ſed phraſi ad S. S. accommodatiori: γρ. (ſc. Schol. in B.) καὶ γὰρ ἦν ἄνεμος ἐναντίος vt legitur *Actor. XXVII*, 4. item *Matth. XIV*, 24. diſertius multo *Taylor.*

2 *Helmſtad.* duplicat τὸ ν. *Reiske.* — *Munychia* portus et caſtellum Athenienſ. in inferiore vrbis parte, in qua etiam portus *Phalereus* et *Piraeeus*, de quibus ſingulis *Nepos* paſſim, de noſtro autem in *Thraſybul.* c. 2. Plura dabit *Cellarius in Geogr.* Nomen habet à colle huius nominis, *Strabo Geogr.* Libr. IX. p. 272. λόφος ἐστὶν ἡ Μυνυχία χεῤῥονησίζων. Qui hodie vero ab Italis Porte di Leone appellatur, is eſt Piraeeus. *Editor.*

3 Scriptor noſter vltra modum videtur hoc vocabulo delectari, ſexies enim occurrit. Et elegans ſa-

Σκίρωνι[4], περὶ μέσην ἡμέραν[5] κατήχθημεν εἰς Νηρησσὸν[6]

τὴν

---

ne eius eſt de vento vſus, quo et *Herodotus* L. II. 96. *Syneſius ep.* 4. *Plutarchus*, *Polybius* aliique ſunt abuſi. cfr. *D'Orvill. ad Charit.* l. 11. *Taylor. Editor.*

4 Ad λύσαντες referendum, quod non ſolum *Guillonius* et *P. Nannius*, vterque in verſione ſua fecerunt, ſed apparet etiam e loco *Heſychii* v. Σκειρῶν: Cet. hic ventus etiam ἀργέστης appellatur. *Taylor.* — Codex A legit σκέρωνι. *Reiske.* — In definiendo huius venti genere ſcriptores valde diſcrepant. In Ponto Euxino *Thraſcias* (qui idem cum Caecia) eſſe dicitur. Athenis cognomen Σκίρωνος habuit eo, quod ſecund. *Strab.* et *Plin.* e regione rupium Scironidum flare ſentiretur. Scironides petrae autem ſunt poſt Crommyonem ſupra Attica, propter quas verſus mare non patet aditus et tranſitus. V. *Thomam de Pinedo* in notis ad *Stephan. Byz.* de Vrbb. h. v. p. 607. edit. Amſtel. 1678. fol. et *Strabonem* late. Videtur autem ob ſitum Athenarum eſſe is quem nautae noſtrae Nordweſt nuncupant. *Delechamp.* ad *Plin.* H. N. II. 47. *Editor.*

5 *Nunneſius* ad *Phrynich.* v. μέσον ἡμέρας, dicit: idem *Thomas*, qui annotat, et μεσοῦσαν ἡμέραν recte dici, *Aeſchini* tamen ep. I. περὶ μέσην ἡμέραν vſurpatum eſſe vid. Phrynich. v. μεσονύκτιον. *Editor.*

6 Statim ab initio hoc vocabulum pro epitheto ſequentis habui, legendumque potius putaui vel νηρήιστον, l. νηρῆσσον, l. νηρέϊσσον, à Νηρεύς. Incidit vero in manus *Scylax.* Cariand. qui in *Peripl.* p. 129 ed. Hoeſchel. dicit: Κέως ἄυτη (νῆσος) τετράπολις καὶ λιμὴν· κορησία, ἰουλὶς, ἄιραι, ἐλένη. *Dicaearchus* Geogr in libello βίος Ἑλλάδος p. 181. einsd. ed. ἔτι δὲ καὶ, inquit, τῆς ἀττικῆς χώρας — ἐγγὺς Κέως, πρώτη τετράπολις, ἔπειτὰ δέ δίπολις. His lectis, locum eſſe, recte ſtatui, lectionem autem corruptam. *Pinedo* ad *Stephan* libr. laud v. Ἰουλὶς p. 332. è *Strabonis* loco Libr. X, laudat *Iulidem, Cartheiam, Poeeſ-*

ſam

τὴν Κίων [7]. Καθίσαντες [8] δὲ ἡμέρας ἐννέα (σκαιὸς [9] γὰρ

ſam et *Coriſſiam* quae *Scylaci* eſt Κορησία. Sin vero legendum Κορισσία, tum eſt ἐπίνειόν τι huius nominis, ſimulque πολίχνιον τῆς Κέω ſec. *Stephan.* p. 375. Sine dubio itaque Κορισσίαν in textum recipiendum. Ita aliorum me doctiorum ſententia deſtitutus, putabam. Nunc ad alios *Editor.* *Wolfius* Νηρησσὸν ſcil. πόλιν. *Plin.* IV, 12. *Cei* ſ. *Ceae* inſulae vrbes commemorat *Iulidem* et *Carthaeam: Coreſſum* et *Poeeſſam* intercidiſſe ſcribit (Vnde forte Κορησσὸν legendum? quid porro) *Taylor.* Recte *Wolfius*, v. Geographos ſc. *Strabon.* Vol. II. p. 745 aliosque. Κορισὸν *Scylax* p. 49. ed. Gronov. (an ſit hic locus idem cum meo non liquet) *Suidas* voci Βακχυλίδης adſcripſit: Βακχυλίδης Κεῖος, ἀπὸ Κέω τῆς νήσου, πόλεως δὲ Ιυλίδος· ἔχει γὰρ πόλις δ'. Ιυλίδα, Καρθίαν, Κορεσσίαν, Ποιήεσσαν. Pulcherrimum ſane principium nobis dedit adueniens MSC. noſter, qui Κορησσὸν exhibet. Quod tu non dubitabis, Aeſchini protinus reſtituere. Idem denique Cod. (ſcil. B.) pro Κείων leg. Κέω, legebatur enim olim procul dubio Κορησσὸν τῆς Κέω. *Taylor.* At quoniam Cl. *Reiske* non recepit, ego id minus quoque auſus ſum. *Edit.*

7 Scil. τῶν. Inſula maris aegaei inter Cyclades, *Scylax*, *Dicaearchus* aliique. Appellatur vero etiam haec eadem Κέως, Κῶς, Κῶα lat. *Cea*, *Ptolomaeo* Κία. *Straboni* X. p. 334. ſq. Κέω. — Codex *Helmſt.* autem etiam Κίων h. l. — *Reiskius* Κείων. *Aldina* l. *Lov. Caſelii* Κίων. Situm docebit *Cellarius* in tabula inter Helenen et Cythnum, haud procul Athenis. Cet. v. *Plin.* II, 92. IV, 12. *Ouid. Heroid.* XX, 221 ſq. *Horat.* L. IV. carm. 9. vſ. 7 ſq. *Iul. Solinus* cap. 12. Cetera. *Editor.*

8 Helmſtad. καθήσαντες. *R.*

9 Helmſtad. et B. καὶ γὰρ ἦν ἄνεμος ἐναντίος. *R.* — σκαιὸς hoc ſenſu nunquam apud probos ſcriptores reperitur; (et σκληρὸς legere hoc ſenſu caret auctoritate *Edit.*) Interim tamen eo vtitur *Aeneas*

γὰρ ἦν ὁ ἄνεμος) εἶτα πάλιν [10] λύσαντες, ἅμα τῇ ἕῳ [11] εἰς Δῆλον [12] ἤλθομεν. Δήλιοι δὲ ἐνόσουν λοιμώδη τινὰ νόσον [13]· τὰ μὲν πρόσωπα ἐπίμπλαντο [14] λέυκης, καὶ τὰς τρίχας λευκοὶ ἐγίνοντο [15]· ὁ δὲ τράχηλος αὐτῶν [16] καὶ τὰ στέρνα ἀνώδει· πυρετοὶ δ᾽ οὐκ ἐγίγνοντο [17], οὐδὲ ἀλγηδόνες μεγάλαι, οὐδὲ [18] τὰ κάτω μέρη παρήλαττεν [19] οὐδέν [20]. Ταῦτα δὲ

Gaz. de Anim. Immortal. init. σκαιὸς δέ τις ἄνεμος τὴν ναῦν ἐκβιάζεται. et iterum: — καὶ οὐκ ἄρα σκαιὸς ἦν ὁ ἄνεμος, ἀλλ᾽ εὐχαρίς τε καὶ τῷ ἔρωτι φίλος. *Taylor.*

10 Cod. A leg. εἶτα ἑσπέρας πάλιν λύσαντες. Sic etiam ὁ *B* et *Helmstad.* nisi quod πάλιν omittant: et profecto ἑσπέρας est necessarium. *Reiske.*

11 *Guillonius*, *Hieronymus* Mercurialis et *Nannius* ad ἤλθομεν retulerunt. *Wolfius* autem ad λύσαντες. rem dirimit Cod. MSC. (sc. A. vide not. praeced.) *Taylor.*

12 Multa quidem de hac insula dici possent, sed relinquimus magistris artium pueris enarrare eius ob templum Apollinis celebritatem, nomen, aerarium cet. *Editor.*

13 De hac siue vitiligine siue elephantiasi v. doctiss. *Hieronym. Mercur.* L. III. Var. Lect. 18. *Taylorus.*

13 *b.* Ald. I. λοιμώδη τινά. Et sic τις et τι saepenumero. *Edit.*

14 Cod. B. ἐνεπίμπλαντο. *Helmstad.* ἐμπίμπλαντο. *Reiske.*

15 Cod. A. ἐγίγνοντο. *R.*

16 Αὐτῶν non legunt *B.* et *Helmstad.* *R.*

17 *Aldina* vtraque *Lovan.* *Wolfius* et *Reiske* ἐγίγνοντο. *Caselius* autem ἐπεγίνοντο, non male vt opinor. *Edit.*

18 Οὔτε cod. A. *Reiske.*

19 Sic. *Ald. I.* et *Caselius.* Ceteri omnes rectius παρήλλαττεν. *Editor.*

20 Οὐ *B.* et *Helmstad.* οὐδέν τι· ταῦτα κ. τ. λ. *Reiske.*

δὲ ἐπύθοντο[21] κατὰ μῆνιν Ἀπόλλωνος αὐτοῖς συμβεβηκέναι, ταφόντος[22] ἐν τῇ νήσῳ τινὸς[23] τῶν ἐπιφανῶν[24], ὃ

21 *Audierant* scil. oraculo consulto. vel ἐπείθοντο, *credebant. Wolfius.* Forte ἐπέιθοντο quod mox est ὑπελάμβανον. *Markland.* — ὁ A. I. vere ἐπείθοντο. Sed *Helmstad.* ἐπίθεντο, quam lectionem statim in textum recepit velut egregiam et optimam, atque verti: *interpretabantur*, D. *Reiskius.*

22 *Aldina I. Lovan.* et *Casel.* ταφόντος, alii omnes rectius ταφέντος, nisi enallagen vocis non infrequentem, statuas. *Edit.* — Nuscitis hinc seculum quo cusae hae sunt epp. *tertium* a C. N aut *quartum*, quanquam *huius potius*. Prodierunt vtique e schola aut *Libanii* aut alius *alicuius Sophistae* ex illo grege, de quo *Philostratus* pluribus exponit. *Reiskius*, cui recalcitrare hic non libet. *Edit.* — Non probabile videtur quenquam hoc tentare voluisse. Falsum quoque est τὸ: ὃ πρότερον εἰωθός. Vid. *Thucyd.* lib. III. c. 104 *Marklandus.*

23 Νήσῳ τινὸς Ald. I. vt saepius. *Edit.* item paullo post ὥσπερ τι, v. Cl. *Fischer.* ad *Weller* p. 100. sq.

24 Nobilis hic designatus in insula Delo sepultus consul aut praetor aliquis Rom. fuit. Etenim neminem fugit quanta tum fuerit romani nominis apud Graecos reuerentia. *Reiske.* — Quare autem ἐπιφανῶν, cum neminem omnino fas erat in ea insula sepeliri, vt liquet è *Plutarcho* Apophth. Lacon. p. 59. ed. Mattarii: κατὰ τὸν νόμον τὸν παρ' αὐτοῖς οὔτε αἱ γυναῖκες ἐν τῇ νήσῳ τίκτουσι, οὔτε οἱ τελευτήσαντες θάπτονται V. *Thucyd.* L. III. et praestantiss. *D'Orvillium* in exercitatione de Delo c. 3. *Miscell. Obs.* Vol. VII. Praeterea, ex ea profanatione pestilentia, quae Athenas depopulata fuerit circa initium belli peloponnesiaci (atque eam calamitatem nondum ex animis istius gentis excidisse credere fas est,) ortum habuisse. *Thucyd.* l. l. *Diodor. Sic.* XII, 58. *Strabo* Tom. II. p. 744. *Taylor.*

ἐ πρότερον εἰωθός[25]. Ἐκ τούτου οὖν[26], προσβάλλειν αὐτοῖς τὸν θεὸν τὴν νόσον ταύτην, ὑπελάμβανον. Ἡμεῖς δὲ ὥσπέρ τι[27] ἔθνος ἀλλόφυλον, ἢ νῆσον ἐν τῇ ἔξω θαλάττῃ[28] ἀφιγμενοι, καὶ ἰδόντες ἐξαίφνης χρῶμα[29] ποικίλων[30] ἀνθρώπων, νυκτὸς ἀποφεύγοντες[31] ᾠχόμεθα[31b], πυνθανόμενοι ἀλλήλων

25 Nam ſepulcra *Deliorum* erant in parua inſula, iis verſus meridiem ſita, cui nomen Ῥήνεια *Thucydidi* et *Straboni*. *Plutarcho* autem ſcribitur ῥήνία, *Plinio* Rhene, *Herodoto* in Erato p. 190. l. 18. ῥηναῖα ſeu ῥήναία. Cet. de expiatione Deli per Athenienſes legendus *Thucyd* L. III. p. 84. ed Baſ. vbi vero hunc ritum praecepiſſe (προειπεῖν) tum demum deprehenduntur Athenienſes. *Editor.*

26 οὖν deeſt *Helmſtad.* Sed ὁ A legit πρόσβαλεῖν, quod Cl. *Reiskius* in textum recepit.

27 *Caſelius* emendat ὡς παρά τι, ſed non eſt neceſſe, nam ἀφικνεῖσθαι etiam ſine alia praepoſitione conſtructum ſignif. *appellere* cet. *Wolfius* autem et Cl. *Reiskius* ὥσπερ ὥς τι ἔθνος. *Cod. A.* legit pro ὥς τι, εἴη τε. et ὁ *B* ὥσπερ εἴς τι. Verum *Ald. I.* et *Helmſtad.* eadem quae hic redduntur legunt. *Edit.*

28 *Exteriore mari* Lucan. X, 30. Ita ab antiquis à mari mediterraneo diſtingui ſolebat oceanus atlanticus, qui praeſtigiis et portentis iuxta eorum philoſoph. ſcatebat. *Taylor.*

29 Deeſt τῷ *B.* et *Helmſtad.* Cl. *Reiskius* autem de ſuo emendauit in χρῆμα atque in textum ſuſcepit. Ceterum nullus ita legit.

30 Ὁ *A* leg. κοικίλον quod textui quoque dedit Cl. *Reiske.* *Wolfius* quoque ita legiſſe videtur, nam locum ſic interpretatur. ὁ *B* et *Helmſtad.* legunt tantum ποικίλους ἀνθρώπους. *Taylor* et *Reiske.*

31 Ὁ A l. ἔτι φεύγοντες. B vero ἔτι ἀποφεύγοντες, et ſic recepit Cl. *Reiske.*

31 *b* Alii hic poſt ᾠχόμεθα comma tantum, textus *Reiskianus* autem colon ponit. *Edit.*

λων κατὰ τὸν πόρον [32], εἰ τὸ χρῶμα ἔχοι [33] ἔκχυτος, οἷον ἐκόμιζεν οἴκοθεν καὶ τὰς τρίχας. Ζάλη δὲ καὶ ἄνεμος ἐξώστης [34] ἐμπεσὼν, ἀπηνέγκεν ἡμᾶς ὑπὲρ [35] Κρήτην πλησίον ψαμαθόεντος [36]. Ὡς δὲ ἐν ἀπόπτῳ [37] ἦμεν ἤδη, ἀντιπνεῖ πνεῦμα Λιβυ-

---

32 Desunt Codici A. *Reiske.*

33 ὁ A l. ἔχοιεν. ὁ B autem et *Helmstad.* ἔχει. *Reiske.*

34 Aliis ἐξωστὴς, οῦ, et ἐξωστὴρ, ῆρος, dicitur de vento, ἄνεμος ἐξωστὴς καὶ τραχὺς, est ventus asper et violentus. *Budaeus* laudat in lexico hunc nostrum locum, et correctius ἐξώστης scribi censet, s. v. ἐξῶσται — περὶ ἐξώστου in lege Meniana cap. de aedificiis priuatis. Thema ὤθω l. ὠθέω facile deprehenditur. *Editor.*

35 ὁ *B* et *Helmstad.* εἰς, de quo statim. Lucas vicissim Act. XXVII, 4. ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κύπρον, vs. 7. — τὴν Κρήτην. Minus recte MSC. (sc. ὁ B) legit ἡμᾶς εἰς Κρήτην. Vide sequentia. *Taylor.*

36 ὁ B. leg. ψαμμειθοῦντος. *Reiske.* Locum esse nullus dubito, etiamsi sit dorsum maris desertum; nam vrbem Laconicam esse non posse docent τὰ ὑπὲρ Κρήτην. Cum itaque ἀμαθόεις et ψαμαθόεις vt ἄμμος et ψάμμος inter se conuenire videntur, ἀμαθόεις autem *arenosus* signif. atque subinde pro littore accipiatur, hoc idem de ψαμαθόεις statuendum credo. Nullibi autem per ψ scriptum reperi. *Editor.*

37 Συνόπτῳ leg. *Helmstad.* et alter *Taylori*, qui tamen receptam lectionem magis probat, laudans locum *Philodemi* in Antholog. I. 37. ἡμεῖς δ' οὔτ' ἀκτῆς ἐπιβαίνομεν, οὔτ' ἐν ἀπόψει γινόμεθ' — — . adde Anthol. H *Steph.* p. 53. Longe errat *Guillonius* graecae linguae non bene gnarus, dum vertit: *Iam vero a terra posteaquam fuimus abrepti atque in altum a conspectu paene omnium abstracti.* Sensus est: When we were off of Crete, and just within sight of Land. *Taylorus.*

βυκόν [38]. Εἶτα, πνέυσαντος ἡμῖν ἀπαρκτίε, πάλιν ἐφερόμεθα [39] πέντε νύκτας ἐν θαλάττῃ [40] γενόμενοι, ἐν αἷς [41] προσέσχομεν [42] Ἀθρώνῃ [43] (Τορώ-

38 Mira ſane locutio. Ille ventus in templo octo ventorum, quod Athenis erectum hominem Athenienſem latere vix poterat, peculiari et ſolemni nomine, à regione vnde flabat λὶψ nominabatur. Porro autem ſeptentrio ille qui ſtatim ſequitur, nomen ἀπαρκτίε in iſto fano non ſortiebatur. MSC. quidem noſter (ſc. B.) leg. ἀπάρκτε; quaſi olim fuiſſet ἀπ' ἄρκτε. Alter autem MSC. (ſc. A.) leg. ἀπὸ ἄρκτων. *Taylorus.*

Templum de quo hic *Taylorus*, ſeu *turrim ventorum* deſcriptum reperiet beneuolus lector in *Sponii Itinerario*, ſaltem in editione mea germanica eſt. Theil II. p. 34. *Editor.*

39 Deeſt τῷ A. ὁ B autem: πάλιν πέντε νύκτας ἐν πελάγει (ipſe *Taylor* in nota ad h. l. dedit θαλάττῃ) ἐφερόμεθα ſine γενόμενοι. Cl. *Reiske* ex auctoritate τῦ B hoc voc. vncis includit, exiſtimans ſine dubio illud ob ſeq. γενόμενοι abundare. *Edit.*

40 *Helmſt.* ἐν τῇ θαλάττῃ. ὁ B, vt dictum eſt, ἐν πελάγει. *R.*

41 Deſunt τῷ A. ὁ B leg. ἐν οἷς. *R.*

42 προσέχειν ſc. τὸν νοῦν τινι, ſi dat. ſit perſonae, eſt auſcultare, obtemperare, parere, *adſtipulari*, aſſentiri. *Iuſtinus M.* ὡς ἀληθεύοντι προσέχεις Ὁμήρῳ; ſubſcribisne Homero? Immo ſic *Actor.* VIII, 10. 11. Sic *Plin. in Panegyr.* c 65. §. 2. Nam cui magis quam Caeſari attendant? i. e. ſententiis aſſentiantur atque adſtipulentur; quo fine haec dicta, nota ſeq dabit. Sequens κἀκεῖθεν locum intendi docet. *Editor.*

43 *Athrones* vel *Athrone*, quinam ſit ſi pro perſona, aut quinam ſi pro loco ac regione poſitum eſt, plane me fugit. Inprimis vero hic me locus vexauit idoneis deſtitutum adminiculis. Ob ſequentia verba opinatus ſum Αθρώνην locum eſſe non poſſe,

ρώνῃ l. Πορώνῃ), ἵνα μάθωμεν, μὴ πολυπραγμονεῖν εἴτις ἐν τῇ ἑαυτȣ̃[44] πατρίδι κατὰ τȣ̀ς[45] νόμȣς, εἰ μὴ, ςεφανȣ̃ται[46]. Κἀκεῖθεν, τέτταρσιν[47] ἡμέραις ἀφικόμεθα[48] εἰς ἐπίνειόν τι[49] τῆς ῥοδίας[50], ὅπȣ

---

se, quia nec vllibi eum reperire licuit. Lexicon nominum propriorum, (sic saepe dixi) valde necessarium est legendis editionibus antiquis iisque saepe vitiosis, tironibus in lingua graeca, sed vnde sumendum? Interea intellexi vt potui: *in diesen (elenden Nächten) waren wir der Meynung des Athrones, gaben wir dem Athrones Recht, oder Beyfall, dass* etc. Iam vero h. v. suspiciosum esse deprehendo, etenim MSC. *Taylori* B legit Τορώνῃ et *Helmst.* Πορώνῃ Illud Τορώνῃ *Aristoteli* est regio, oppidum Macedoniae, alterum Troadis. Sed series orationis haec respuere quoque videtur, etsi τὸ προσέσχομεν tum sit *assequi voluimus* aut *assecuti sumus.* Τορώνη, *Scylax* ait, πόλις ἑλληνὶς καὶ λιμήν. *Herodotus* L. VII. 132. ἑλληνίδας τάςδε· πόλεις Τορώνην, Γαληψὸν, Σερμύλην, Μηκύβερναν, Ὄλυνθον, ἡ μὲν νῦν χώρη αὕτη Σιθωνίη καλέεται. Adi quoque de *Torone Reines.* Varr. Lect. L. I. c. 24. p. 106. qui prouerbium ex hac voce facit è *Michaële* Apostolico discendum. *Edit.*

44 Ὁ B tantum ἀυτȣ̃. *R.*

45 Τοὺς deest τῷ A. ὁ B autem leg. κατὰ τοὺς νόμȣς μὴ, ςεφανȣ̃ται, et in margine hoc scholium: τὸ μὴ εἰς τὸ κατὰ τȣ̀ς νόμȣς. *Reiske.*

46 Quamquam haec forma loq. in prouerbium forte abiit, non dubito tamen quin Aeschines ea intenderit *Demosthenem*, cui ob refectos muros, corona a Ctesiphonte et Senatu Athen. decreta erat. *Editor.*

47 Ὁ A. leg. τέσσαρσιν. *R.*

48 Idem A ἀφικόμενος. *R.*

49 Ὁ B ἐπίνηον. ἐπίνειον nauale, parua statio. *Taylor.* Vid. index h. v.

50 Scil. θαλάσσης. Alioquin Rhodia est vrbs Lyciae. *Editor.*

ὅπȣ νοσῆσαί μοι [51] συνέβη τὴν περὶ τὸ ἆσθμα νόσον [52]. Ὡς δὲ ἐπιμείναντός μου [53] αὐτόθι ȣ̓κ ἐνεδίδου ἡ νόσος, διέπλευσα εἰς Ῥόδον [54]. καὶ ἐδέξατο ἡμᾶς εὐμενῶς ὁ τόπος [55]. Εὐθυς γὰρ ὡς διέβην [56] πολὺ ῥάων ἐγε όμην. Καὶ ταυτὶ [57] μέν ἔχομέν [58] σοι τέως ἐπιςέλλειν. Τὰ δ᾽ ἄλλα, ὡς ἂν ἕκαςα συμβαίνοι [59], δηλώσομεν. Ἐυτύχει [60], καὶ μὴ πρόσκρουε, μήτε τοῖς πλέον σȣ̃, μήτε τοῖς ἔλαττον δυναμένοις.

Π. ΚΤΗΣΙ-

---

51 Pro μοι ὁ A. legit με συνέβη. *R.*

52 *Anhelationis morbus*, *Engbrüstigkeit*, *kurzer Odem*, *Käuchen.* Adi *Celsum* Lib. IV. cap. 4. *Editor.*

53 Μου αὐτόθι) μου deest Helmst. *Reiske.*

54 Ῥόδον) vide epist. V. init. *Edit.*

55 Τόπος) quare *vrbs*, mi Wolfi? Non enim de vrbe aut de ciuibus loquitur, non de incolis, sed de loco et regione eiusque temperie, vt Nannius bene cepit. (et sana ratio docet) *Taylor.*

56 Διέβην) ἀφικόμην MSC. B. et Helmst. *R.*

57 Ταυτὶ) att. pro ταῦτα quod A et B. legunt. *Reiske.*

58 Ἔχομεν) sic A et B. ἔχω Helmstad. Cel. *R.* in textu εἴχομεν.

59 Συμβαίνοι) συμβαίνῃ A et B. *Reiske.*

60 Ἐυτύχει, κ. μ. πρόσκρȣε) Post εὐτύχει A. B. et Helmst. addunt: καὶ μὴ πολιτέυȣ, bona lectio et texto recipienda. *Reiskius.* — καὶ μὴ) μήτε B. Helmst. καὶ μὴ πρόσκρȣε μήτε (sic si ibi fuit, sed suspicor μηδὲ fuisse, quod sententia quidem postulat) τοῖς ἐλάττω δυναμένοις. ἔῤῥωσο. Elegans lectio, vulgatae haud paullo praestantior. Εὐτύχει, καὶ μὴ πολιτέυȣ, μήτε πρόσκρȣε μηδὲ τοῖς ἐλάττω δυναμένοις. ἔῤῥωσο. *Reiskius.*

II. ΚΤΗΣΙΦΩΝΤΙ. * [1]

Επέςειλεν [2] ἡμῖν Νικόςρατος, ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος, ὡς ἐπηρεαζοις μὲν εἰς αὐτὸν οὐ μετρίως· ἐμοὶ δὲ ὀνειδίζοις [3] τὴν διά σέ μοι συμβᾶσαν συμφοράν. Εγὼ δὲ θαυμαζω, τί παθὼν [4]· ἐξιὼσι μὲν ὄικοθεν ἡμῖν τοσαῦτα [5] διει..

* Epiſtolae ſecundae titulus hic eſt in Helmſt. ἐῤῥῶσθαι κτησιφῶντι. Sed ἐῤῥῶσθαι videtur ad finem ſuperioris epiſtolae pertinere, vxorque hic erraſſe. *Reiske.* Sed pace Cel. R. dixerim, ſi Helmſt. vt ſupra annotatum eſt, ἔῤῥωσο legit, quorſum tunc etiam ἐῤῥῶσθαι? excuſarim igitur honoratiſſ. doctiſſimamque coniugem tuam. *Editor.*

1 *Cteſiphon* hic eſt qui operam dedit vt Athenienſes Demoſtheni coronam decernerent, Aeſchines autem contra eum orationem habuit valde inſignem. Vid. Demoſth. de Corona c. 17. p. 157. edit. Harleſii. et paſſim. *Editor.*

2 ἐπέςειλεν) ἐπεςελεν B. *Taylor* iſtiusmodi non annotauit, quoniam forte σφάλματα typograph. eſſe putauit, aut, vt in MSC. vitia ſcriptoris. *Editor.*

3 ὀνειδίζοις) B. ὀνειδίζεις, et Helmſt. in quibus etiam ἐπηρεάζεις fuiſſe videtur. *R.*

4 τί παθὼν) referunt alii ad διειλέχθης· quo animo? cur? V. Hoogeueen ad Viger. p. 280. 333. *Edit.*

5 τοσαῦτα) τοιαῦτα MSC. B. — τοσαῦτα (τοιαῦτα) διελέχθης ——— πεπλᾶσθαί σε. Contempleris hic mecum elegantiam ſcriptoris. Non oportuit tam cito. Iam quid illud, et quam abſonum in epiſt X πομπὲ μὲν ὦν Ἀφροδίτης, ἐπομπέυον δὲ αἱ νεωςὶ γεγαμημένναι (ſunt hic quinque vitia, ſextum in πόμπην ſequitur, ſcribe πομπὴ μὲν ἦν Ἀφρ. ἐπόμπευον δὲ αἱ νε. γεγαμημέναι, καὶ ἡμεῖς τὴν πομπὴν ἐθεώμεθα *Ed*) Noui quidem ſcriptorem, cultum ſemper habitum et elegantem, qui, *ſi ſincerus ſit*, ab huiusmodi ingeminatione non abhorret; quae ſane caſtitatem latini ſermonis parum ſapit. *Vt illo* ſtatu (*Nepos* in

 Chabr.

διειλέχθης[6], ὥστε πεισθῆναί με, μηδὲν, ὧν διειλέχθης, πεπλᾶσθαί σε, μηδ᾽ ἄλλως φρονεῖν, βλέποντα[7] πρῶτον μὲν εἰς τὴν ἐμὴν ξυμφορὰν[8], ἣν οὐκ ἀπεικὸς εἶναι καὶ τοὺς ἐχθροὺς[9] ἐλεεῖν, ὑπελάμβανον· ἔπειτα δὲ καὶ εἰς τὸ σκυθρωπὸν[10] καὶ ὅμοιον δεδακρυμένῳ· ὥς ἔγωγε καὶ ἐπέσκηψα ἐνίοις τῶν προσηκόντων ἡμῖν, εἴ του δέοιντο, προσιέναι σοι, καὶ

Chabr. I. 3.) *sibi* statuam *fieri voluerit*, *quae publice ei — in foro* constituta *est*. *Ex quo factum est*, *vt postea Athletae his* statibus *in* statuis *ponendis vterentur*. Age lector, quis ille tam disertus? *Taylor.*

6 διειλέχθης) att. pro διελέχθης. praet. enim passiuum att. est διείλεγμαι pro διαλέλεγμαι. Helmstad. διελέχθης hic et paullo post, sic et textus Reisk. *Editor.*

7 βλέποντα πρ. μὲν) Sic B. et Helmstad. male Wolfius βλέπον, qui et alia h. l. correxit insulse, vt T. dixit, ideo omitto eius emendationem, cum textus alioquin sit integer. *Editor.*

8 ξυμφορὰν) B. et Helmst. συμφοράν. *R.*

9 ἐχθρὸς) in hanc sentent. *Demosthenes* de Lycurgi liberis Sen. P.que Ath. scribit: ὃς, κἂν ἐχθρὸς, εἴπερ μέτριος εἴη, καὶ λογισμὸν ἔχων, ἐλεῆσαι. *Lysias* item περὶ τῆς δημεύσεως τοῦ Νικίου p. 324. et alibi πρὸς τὴν εἰσαγγελίαν κ. τ. λ. pag. 408. edit. Lond. *Guillonius.*

10 σκυθρωπὸν) B. in margine addit σον. Cet. teste Tayloro libri omnes textum sic, vt hic est, efferunt. Certe τὸ πρόσωπον paene necessarium erat, attamen non intrudendum insulse cum Wolfio. Potius sic legerim: ἔπειτα δὲ καὶ εἰς τὸ σκυθρωπὸν πρόσωπον, καὶ ὅμοιον δεδακρ. Iste nimirum est locus, vbi auctor hanc vocem admitteret lubentissime, et vbi scriba facillime aberraret. *Taylor.*

καὶ μηδενὸς ὑϛερήσειν[11] ὑπεσχόμην αὐτοῖς· καὶ αὐτὸς δὲ ἐπέϛειλα, περὶ ὧν ἐχρημάτιζον[12] Ἀθήνησί μοι γενέσθαι πολλάκις[13]. Νῦν δὲ ȣ̓κ[14] ἐμποδὼν ἔτι ȣ̃σιν ἡμῖν, ȣ̓́τε διενοχλȣ̃σί[15] σοι, ȣ̓́τε ἄλλῳ τινὶ Ἀθηναίων, ἐπηρεάζεις[16]; ȣ̓́τε εἰς τὴν τύχην ἀποβλέπεις[17], ȣ̓́τε εἰς ἄλλό τι τῶν ἀνθρωπίνων; ἀλλ᾽ ἐπαγωνίζῃ ἔτι, καὶ ἐκπεπτωκόσι τῆς πατρίδος, καὶ ἀπεϛερημένοις ἐπιθυμίας[18] καὶ πόλεως καὶ πολιτῶν

---

11 ὑϛερίσειν) B. et Ald. *Reiske.* non Ald. I *Ed.*

12 ἐχρημάτιζον) forte ἔχρηζον vt ep. V. p. 48. *Marklandus.*

13 ἐχρημάτιζον — — πολλάκις) πολλ. deeſt Helmſtad. quod aut cum ἐπέϛειλα cohaeret, aut cum ἐχρημ quod verbum bene habet. χρηματίζειν enim eſt tractare negotium aliquod, negotiari ſiue per te praeſentem ſiue abſentem per alios. Si πολλάκις hic idem eſt quod ἂν *forſitan, ſi quae forte mihi nonnulla Athenis eſſent expedienda —;* tunc id indicio eſt, has epp. Aeſchine vero, eſſe iuniores. Seriori enim aetate demum incipiebat τὸ πολλάκις vſurpari pro ἴσως. *Reiske.*

14 ȣ̓κ ἐμπ.) B. et Helmſt. ȣ̓δ᾽.

15 διενοχλȣ̃σι) B. et Helmſt. διοχλȣ̃σι. *R.*

16 ἐπηρεάζεις) poſt h. v. B et Helmſtad. addunt καὶ, quod Cel. R. in text. aſſumpſit. *Editor.*

17 ἀποβλέπεις) ſic et B. Helmſtad. aliique. male Wolfius ἀποβλέπων, quod (inq. T.) à MSC. noſtro refutatur, qui νῦν δὲ — ἐπηρεάζεις, καὶ ȣ̓́τε εἰς τὴν τύχην ἀποβλέπεις, ȣ̓́τε εἰς ἄλλότι τῶν ἀνθρωπίνων, ἀλλ᾽ ἐπαγωνίζῃ ἔτι κ. τ. λ. diſertiſſime legit. *Taylor.*

18 ἐπιθυμίας) hic locum habere non poſſe, cenſet *Caſelius*, ideo reponit ἐπιδημίας; aut plane ſuperuacaneum forſitan eſſe dicit, quod tamen non videtur. Aptius eſt *Wolſianum* ἐπιτιμ. quod altero *Taylori Cod.* nititur, vbi ſine omni litura ſic legitur.

λιτῶν καὶ φίλων· Καὶ ὅσα μὲν εἰς ἐμὲ ἀπόντα ἐβλασφήμεις, σοὶ μὲν ἴσως φέροι ἄν τινα εἰκότως φθόνον καὶ μῖσος· ὥσπερ ἂν ἔιτινα τῶν τεθνεώτων ἐπιβάλλοιο βλασφημεῖν, ἐν ȣ̈τω χρηςῇ [19] καὶ φιλανθρώπῳ πόλει. Εγὼ δὲ ȣ̓κ ἂν διὰ ταῦτα [20] φαυλότερος νομισθείην [21], ἀπὼν ὑπό σȣ λοιδορȣ́μενος· ἀτυχέςερος μέντοι καὶ ἐλεεινότερος [22] ἴσως [22 b] νο-

---

Vid. *Taylor.* ad *Demosth.* περι Παραπρεσβ. p. 311. col. 1. Cet. et sic leg. Aldina I. per θυ. *Editor.*

19 χρηςῇ) post hoc B. et Helmstad. addunt τε. *Reiske.*

20 διὰ ταῦτα) sic Ald. B. Helmst. at Reisk. textus διὰ τοῦτο.

21 νομισθείην) νομισθεὶς B. Ald. Helmst.

